



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## A C T A

tronibus, furib⁹, lupis & apostatis religionis Christi, q̄ cōtra uerbū dei supra nos Omīnant, quorū uerborū & his similiū plenisunt, & exundant oēs sui libelli. Taceo de occulta praxi cum multis habita. Sunt hæc ne bellā uestra, dissidationes & damna Romano Pontifici inferēda, quippe quod in germania tanto in miser os rusticos deseuistis, Romā digito indicatis, certe nostrū met natale solum corde uolentes, in patriæ laboratis excidiū, ubi adhuc longq tempore Romanus Pontifex a vobis quietē & pacem est habitu. Finem tamen uel semel hic faciam uestrā iniuriarū uiuīs illatarū, ut ad termi-  
num uestrorū pessime factorū peruenire possimus.

## SEQVNTVR CONCLVSIONES

de iniurijs & contumlejs mortuorū.

## CONCLVSIONE XXXV.

Famosus est qui a deo & cœlitib⁹ salutatā castam atq̄ pudicā uirgunculā deiparā Mariā cōmuniq̄ Christiani orbis cōsen-  
su adeo uenerandā habitā (ut eius uiolatores etiā solis uerbis  
capitali iudicio damnarit) dehonestarit. Nam hāc utpote ma-  
trem & ueteri & noua lege inauditis præconijs præcepit &  
mundo & sibi honorandam.

Nihil hic est ut p̄sumamus laudes & uenerationē diuæ ge-  
nitricis Mariæ matris Ihesu Christi uerbis explicare, p̄fici  
equidē uerbis id fierē negt, multis hoc facere, p̄positi non est  
p̄sentis, sed neq̄ totius orbis hoc facere efficacitē sufficit. Hoc  
aut̄ memiserit habet qd' obstinati isti euangelici neq̄ & nebu-  
lones mox ut se huic suæ sectæ addixerint, hostes sunt nobilis  
simæ dei genitricis, adeo ut nihil tollerare queant qd' eius me-  
moriā exprimat, ut sunt eius in ecclesia fideliū imagines sta-  
tuæ & figuræ, tam impudice & turpissime de caloquunt, ita  
ut audire nephas sit uiro Christiano, tantis sceleris maculā hoc  
tegentes pallio, quippe quod soli deo tribui debeat & honor  
& gloria. Mirū hic uideri posset quando hæc interfiliū Chri-  
stum

## M V R N E R I.

stum & matrem diuam Mariā hostilitas interciderit, ut matris honor filij sui sit aestimatū dedecus. Antiqua Christianorum religio matris honorem præcipue in diuinū honorem referbat. Aperte enim in scripturis adhuc plures habent honores am dei honore, ut scilicet est patrū honor. Et Hester vi. Sichonorabitur quem uoluerit rex honorare, si quis mundi totius rex maximus tāto eam honore dignatus est, possent & hij nequam hunc regis honorem suae matris exhibitum, & ipsi patienter tollere.

Diuus inq̄ Iohānes ut matre sibi testatae sub crucis agone, proculdubio honorē exhibuit huius præcepti uigore. Honora patrem tuum & matrem &c. qui tamen iuxta hoc procul dubio deo diuinū & debitū honorē impendit, sed hij nebulae matris honorē filij censem iniuriā, ubi exemplo Iohannis a tanta iniuria & malitia temperare deberet. Sed aiunt se idolatriam formidare, nouimus ab idolatria cauere, antea quam pessimum quicq̄ diabolus has mundi pestes in nostras plagas & exterminium huic mundo incacauit.

Ideoq̄ me spes fouet indubitata eos in hoc hamō mortem aliquādo esuros & deglutituros. De Maria enim uirgine sancta canit mater ecclesia. Tu sola cūctas hereses interemisti in uniuerso mundo. Spero futurū ut aliquando diuina iustitia hanc suae matris irrogatā iniuriā ulciscat, firmissime credo diuine uirginis honorem & amorem cordibus fidelium altius inse-  
disse & in radicasse, quam ut ab his furibus & apostatis eradicari & expelli possit. Horū uerborū aliquando eos cōmonefaciam, quū illos perspexero, miseras animas suas in igne iuxta patibulū expirare. O deus fustus & uerax, fac ut hæc uideant ante mortem meam oculi mei, quibus uindictā cernamus de tanta laesa maiestate genitricis tuæ.

## C O N C L V S I O XXXVI.

Famosus est q̄ corpora mortuorum e sepulchris extraxerit, uel ossa eruerit, aut sepulchra diruerit, q̄a sepulchri uiolati actio

Zz ij